



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Epistola Nestorii Episcopi Constantinopolitani, Ad Celestinum Papam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

30 EPISTOLA TERTIA SANCTI CYRILLI

tertium modum *ὑποστάσεως*, quæ pura *ὑπόστασις*, sive habitatio Verbi divini in homine, quaque fiat, ut homo non Deus quidem sit, sed Dei tantum, seu *θεοειδής*, quæ vox placuit Nestorio. Huic porro unionis modo alium Cyrillus opponit, quem *ἁπλοῦς* vocat, eique similem dicit, quæ proprio corpori animus conjungitur, seclusis, ut monent theologi, imperfectionibus.

Et *ἁπλοῦς*.

NON VELUT CONIUNCTIONEM, &c.] In Græco est, *ὡς ἐν ἀποστέλλει*, &c. Est autem *ἁπλοῦς* apud Græcos, vel copulatio maris & femine; vel apud Basilium, societas conjugum, & vitæ civilis communitio; vel apud Chrysostomum, commissura membrorum; vel denique apud Cyrillum, coaptatio eorum, quæ continuari possunt, & *ἁπλοῦς*, seu appositio. Quæcumque vero significatione vox sumatur, aptior est ad tegendam hæresim, quam ad fidem exponendam: unde Cyrillus vocem ubique acriter exagitat, tanquam veneni plenissimam; & vero conjunctionem naturarum duarum in Christo, Theodorus Mopsuestenus, ipseque, dum adhuc erraret, Theodoretus, conjunctioni conjugum similem dixerunt.

Et *ἁπλοῦς*.

SED NEQUE DEUM, &c.] Arguit Nestorii dictum de Christo, cuius Verbum faciebatur Dominum & Deum, quasi non foret Christus ipse Deus & Dominus: habet enim hanc potestatem relativa vox, cuiusmodi sunt obliqui casus, ut distinctionem perinde ac oppositionem ponant inter ea, quæ dicuntur relationis extrema. Quare licet Deus vere

sit dominus humanitatis, non tamen Christi, nisi dux in Christo asserantur personæ.

CAVEMUS AUTEM DE CHRISTO DICERE, &c.] Verba quæ caveri dicere, Nestorii sunt, sermone primo, vel potius septimo. Rejicit autem, velut horrendum quiddam, unitatem *ἁπλοῦς* solam, ut quæ Christum omnino solvat in duas personas.

Et *ἁπλοῦς*.
Vide notas ad *ἁπλοῦς*.

CONFITEMUR ETIAM, QUOD, &c.] Confessio hic Dei passî, aperta est simul & calumniantis Nestorii convictio, & Procli defensio: ille enim catholicis calumniabatur, quasi assererent Verbum natura sua seu divinitate passum; iste propter fidei professionem vapulaverat atrociter a Nestorio.

Confessio Dei passî, altera *ἁπλοῦς* fidei nota.

IGITUR QUIA DEUM, &c.] Ex eo quod Verbum carni unitum est *ἁπλοῦς*, conficitur fisionis caput, ut quidem vulgo movebatur, Virginem sanctam esse *ἁπλοῦς*: conficit vero ita ut occurrat calumniis duabus, quas inde catholicis Nestorius, maximeque Proclo & Eusebio, struebat; & primæ quidem, quasi ab his diceretur, quod sensit Photinus, Verbum ex virgine duxisse existentie principium; secundæ, eguisse Verbum, ut esset, secunda hac nativitate.

Vide notas ad *ἁπλοῦς*.
consequenter Nestorii sermone, imo *ἁπλοῦς* ad primam. Ut & confessio *ἁπλοῦς*.

IN TRISTITIA PARES FILIOS, &c.] Videtur Cyrillus legisse Nestorii sermonem primum adversus Pelagianos, in eumque intendere, quandoquidem locus iste Genesios, lausque nuptiarum prolixè a Nestorio tractatur.

Videtur Cyrillus legisse Nestorii sermones contra Pelagianos. Vide notas ad *ἁπλοῦς* ipsum sermonem.

Ad anathematismos observatur hoc in loco nihil, quia quæ plurima notatu digna sunt, pertinent omnino ad differtationem de synodis, ubi quem singuli petant Nestorii tractatum, ostenditur.

Cur nihil de anathematismis observetur.

EPISTOLA NESTORII
EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,
AD CELESTINUM PAPAM.

Argumentum epistolæ, quæ tertia Nestorii ad Celestinum.



NESTORIUS Celestino in causa Pelagianorum Episcoporum, qui ex Occidente pulsi Constantinopolim confugerant, duas epistolas scripsit, quas edidimus suo loco. Tertia ista, quæ tota est de causa Nestorii, nunc primum prodit, affertque historię multum lucis, ut merito videri queat certa regula, ad quam examinari debeant plurima, quæ ab ipsis etiam eruditissimis, vel obscure dicta sunt, vel non ita vere.

Tempus.

Datam oportet sub finem Novembris, nempe post indictam quidem ab Imperatore synodum generalem, sed ante allatas Constan-

tinopolim Celestini ad Nestorium decretorias literas; in ea siquidem, primo fit mentio indictæ ab Imperatore synodi. Indictionis autem decretum consignatur xlii. Kalend. Decembr. Theodosio XIII. & Valentiniano III. AA. CC. id est, die 19. Novembris ann. 430. Deinde non fit mentio literarum sancti Celestini, non omittenda utique, si acceptæ jam fuissent. Cum ergo datæ sint illæ Nestorio a quatuor Episcopis ex Alexandrina synodo missis die dominico, qui septimus Idus Decembris, debuit hæc epistola scribi eo temporis intervallo, quod est a die 19. Novembris ad diem 7. Decembris. Vide præfationem historicam.

Temporis ratio.

I. Exordium a calumnia in Cyrillum.

DIDICI honestissimum Cyrillum Alexandrinæ urbis Episcopum, propter libellos contra eum nobis oblatos, exterritum, ac sibi venantem latebras, ad evitandam sacram synodum propter hos ipsos libellos futuram, quasdam alias interea cogitationes excogitare verborum, & amplecti verba,

quæ sunt *θεοτόκος* & *χριστόκος*, quorum alterum admittit, alterum vero, modo quidem de evangelii eximit, modo vero rursus admittit, hoc est, *χριστόκος*, secundum quamdam, credo, prudentiæ nimietatem.

Ego autem & hanc quidem vocem, quæ est, *θεοτόκος*, nisi secundum Apollinaris & Arii furorem ad confusionem naturarum

II. Suam de *θεοτόκος* mentem dissimulare nititur.

turarum proferatur, volentibus dicere non resisto, nec tamen ambigo, quin hæc vox Θεσιτικός illi voci cedat, quæ est Χειροτονικός, tanquam prolata ab Angelis & Evangelistis. Et nisi hæc ad venerationem tuam scientem dicerem, opus mihi foret longo multoque de hac ipsa causa sermone.

111. Et probare sententiam de Χειροτονίᾳ.

Sed & sine hoc illud quoque omnino modo beatitudini tuæ notum est, quia si æstimemus duas sectas contrarias sibi stare, & harum altera hanc vocem proferat solam, Θεσιτικός; altera vero illam solam, χειροτονικός; & utraque secta ad suam confessionem alteram trahat, ut, si hoc non impetraverit, periclitetur de Ecclesia cadere: necesse erit, tractandæ huic rei deputatum, habentem pro utraque secta curam, mederi periculo utriusque partis, ex voce ab Evangelistis tradita, quæ utriusque naturæ significatrix sit. Harum enim, sicut dixi, assertionem temperat vox illa, quæ est Χειροτονικός, quia & blasphemiam Samosatensem removet, quod est dictum de omnino domino Christo tanquam puro homine; sed & Arii, & Apollinaris malitiam fugat.

IV. Literarum a se ad Cyrillum missarum exemplar mittit summo Pontifici.

Hæc autem ipsa etiam honestissimo Alexandrinorum Episcopo scripti, sicut potest beatitudo tua cognoscere ex exemplaribus, quæ his meis literis adjunxi, vel quæ ad nos ab eo scripta sunt.

V. Eumque monet de indicta ab Imperatore synodo.

Placuit vero piissimis Imperatoribus, Domino adjuvante, etiam synodum inexcusabiliter totius orbis terrarum indicere, propter inquisitionem aliarum rerum ecclesiasticarum. Nam dubitationem verborum non æstimo habituram inquisitionem difficilem, nec impedimento esse futuram ad tractatum divinitatis Domini Jesu.

De libellis Nestorio adversos Cyrillum oblatis a calumniatoribus.

PROPTER LIBELLOS CONTRA EUM NOBIS OBLATOS.] Vide notas in epistola Cyrilli ad suos Constantinopoli agentes, & dictis id adde ex epistola Cyrilli ad Acacium Bereensem, de calumniatoribus a Nestorio subornatis: In hostem insensum versus, quosdam praestigiatos, desperataque sortis homines in unum colligere, eosque, ut mendacia in vulgus de me spargant, subornare non desinit.

Et discessionis in synodo, cuius principatum ambiret.

Nestorius porro, cum tentaret impendentem suo capiti procellam in Cyrillum avertere, imo vellet præesse iudicio, quod de ipso exerceretur,

cumque intelligeret se suæ sedis conditione id non posse sibi argotigare, cum jus in synodo Constantinopolitana factum non reciperetur Romæ, & majorem sedem a minore iudicari fas non esset, impulit Imperatorem ad celebrandam synodum, cui sperabat fore, ut, cum abesset veteris Romæ Archiepiscopus, sive Imperatoris, gratia, sive humili Joannis Antiocheni conniventia, Cyrillo inter reos constituto, præfideret: præfuturum vero se jactaverat dudum, ut intelligimus ex epistola Cyrilli ad suos Constantinopoli agentes.

VOLENTIBUS DICERE NON RESISTO.] De Θεσιτικῷ Marius Mercator videri posset alicui tradere, Ad v. anathematismum. Nestorium non nisi admonitum a Joanne Antiocheno vsurpasse Θεσιτικῷ vocem; sed historia temporum aliud docet. Nam Nestorius sermone quinto, & in literis, quas in gratiam Pelagianorum ad sanctum Celestinum dedit, obtestatus est, per se non stare, quominus Θεσιτικῷ nomen beatæ Virgini tribueretur a quibuslibet, si modo vel Apollinaris Ariique impietas vitaretur, vel sancta Virgo non idcirco putaretur dea. Quare monitionem, cujus meminit Mercator, intelligi oportet de exprobratione facta, cum palam a fidelibus, tum privatim ab amicis.

TANQUAM PROLATA AB ANGELIS ET EVANGELISTIS, &c.] His nimirum locis, quibus, cum de nativitate Domini sermo est, JESUS, Salvatorque ac Christus appellatur, quibusque beata Virgo mater JESU & Domini, &c. dicitur. Sed hunc omnium maxime argumentabatur Nestorius: Liber generationis JESU CHRISTI, &c. De qua natus est JESUS, qui dicitur CHRISTUS.

HÆC AUTEM SCRIPSI, &c.] Epistola nimirum secunda, quæ incipit: Injuriam quidem adversum nos mirabilium literarum, &c. Cyrillum epistola. Ex his vero discimus, epistolas duas, quæ lectæ sunt in concilio Ephesino actione I. quarum altera est Cyrilli ad Nestorium, altera Nestorii ad Cyrillum, missas fuisse ad Celestinum ab utroque scriptore, metuentibus singulis, ne ab adversario sua mutaretur.

PLACUIT VERO PISSIMIS IMPERATORIBUS SYNODUM INEXCUSABILITER TOTIUS ORBIS TERRARUM INDICERE.] Vox illa, inexcusabiliter, & sacra Imperatoris ad metropolitans, indicant non obscure, synodum rogatu Nestorii indictam, & communicatam cum ipso indictionis quoque formam.

AD TRACTATUM DIVINITATIS DOMINI JESU.] Modus hic finiendæ epistolæ ita abruptus docere videtur, deesse aliquid, saltem solemnem clausulam, quæ in aliis duabus ad Celestinum, cæterisque ad diversos apposita est: Omnem in Christo fraternitatem, &c.

De voce Χειροτονίᾳ. De voce Χειροτονίᾳ. De voce Χειροτονίᾳ. De voce Χειροτονίᾳ.

Matth. I. v. 1. De qua natus est JESUS, qui dicitur CHRISTUS.

De secunda Nestorii ad dem adversum nos mirabilium literarum, &c. Cyrillum epistola.

De indicta synodo Ephesina ab Imperatore.

De fine epistolæ.



ni- CE- Et... m, vide... m- Confessio... n- pass... lle... m- de... er... d... U... ho... Videtur... Nestorius... Pelagianus... Cur nihil... mpositus... I. e. Gie... arc